

## FACULTAS

R<sup>m</sup>. PATRIS VICARI GENERALIS.

Mus Toreño S. Theologiae Lector Iubilatus, & S. Officij  
Consultor Qualificator, ac Totius Ordinis Minimorum Collega,  
& Vicarius Generalis.

**V**MI nuper accepimus, quod R. P. Fr. Ioannes Lalemandet predi-  
cans Ordinis S. Theologie Iubilatus, & in nostra Germania Provincia bene meritus Correleur Pro-  
vincialis nonnulla opera Examen videlicet Cursus Philosophici, Dialecticam, Logicam,  
Physicam, Animisticam, & Metaphysicam; Tractatum de Deo vno, & Trino, & An-  
geli, de Incarnatione, & reliquo Theologie Tractatus: Elucidationes insuper in Institutiones Juris  
Civilis, nec non Institutum Iuris Canonici laudabiliter prorsus, atque indefessa lucubratione ad maiorem  
Dei Gloriam exanhilarit, argua nobis proinde ipsa in lucem euangelandi Facultatem obnoxie postulauerit.  
Idcirco attentes Instituto nostro decus hanc exiguum, ceteraque Ecclesiastica, ac studiorum communis  
non vulgare exinde oriturum, vigi alij eiusdem Patri exemplo ad similia audienda incitentur, & litterarum  
ac Scholastica presertim doctrinae studia prout medullitus desideramus, in Religionem magis efflo-  
rantes, vi presentium, de Eminentissimi D. D. Cardinalis Spada eiusdem Ordinis Pro-  
tectoris Zelantissimi speciali Oraculo, ac mandato, officij, nostri auctoritate, ac R. R. admodum PP. Colle-  
garum nostrorum consilio, & Assensu, supradictam facultatem prelibato Patri libenter concedimus, & im-  
pertimur, quin & ad manus ipsius solatum, Obedientie, in fine meritum, vi eadem opera prelo quamprimum  
cure fabiscienda, sauitre precipimus, dummodo tamen P. P. F. Claudi Clementis, & Francisci Tal-  
bert nostri Ordinis S. Theologie Leitorum, quos ad id nominamus, & destinamus, examen praebeat, & cen-  
sura, atque aliorum, ad quos spectat debita licentia, & approbatio, & Dominus eum benedicat, in quorum  
fidei. Datum Roma in nostro S. Andrea de fratis die 14 Martij 1643.

Fr. P. Paulus Toreño Collega, & Vicarius Generalis.

Fr. P. Petrus Gueret Collega Gallus.

Fr. P. Franciscus Giurba Collega Italus.

## FACULTAS R<sup>m</sup>. P. GENERALIS.

Fr. Laurentius à Spezzano Totius Ordinis Minimorum Corrector Generalis.  
Dilecto nobis in Christo R. P. Joanni Lalemandet Provincia nostra Germania  
Provinciali bene merito, &c.

**A**Quime est, ut bono in labore merces omnium sapientum iudicio debita deferatur. Itaque cum  
per plurimos annos Philosophiam, & Theologiam, laudabiliter explicaveris, Sapientiamque ma-  
gnificè tractaueris, ac inde plurimum laudes, & ornamenti Religioni, & tibi restuleris, ut ad po-  
bros, argue ad exterias nationes buis tui laboris commodum, & tua virtutis fama pertranscat, conces-  
sus ultra facultatem omnia scripta tua Theologica, & Philosophica summa industria elaborata Typis publi-  
cis mandandi, modo duorum, vel trium Theologorum probationem prefigam gerant. Datum Rome in  
Conuentu nostro S. Andrea de fratis die 26. Novemb. 1643.

Fr. P. Laurentius à Spezzano Corrector Generalis.

## APPROBATIO THEOLOGORVM.

**R**ecto ordine post scientiam Rationis in lucem datum proferuntur scientia reales, quibus Naturæ  
Arcana (qua aliquin inuitum nostrum facile effugient) subtili indagine referantur. Ceterum  
hoc in præclaris bise Physicorum Commentarijs, ad unquam affectum fuisse Autorem istum, ex  
eo intelliges, quod deinceps non amplius auribus, sed oculis duntaxat indiges, ad rerum naturalium scien-  
tiam comparandam. Deinde offeratur tibi hic compendio aspectu (velut in nuce lata, refulso tamen sub-  
tilitate putamine) sapidissima Thomistica, & Scotistica scientia nucleus: Vi proinde ex hoc inferre me-  
ritio licet, arctissimo vinculo & Minimum religiosum, & maximum Philosophum inter se coaluisse.

Ita testor

Ego P. Simon Spizwegg, Eremita Augustinianus, ac in Conuentu  
Monaciensi SS. Theologiae Lector, die octauo Octobris  
Anno 1644.

**N**os infra scripti de mandato speciali Reverendissimi P. Laurentii à Spezzano, Totius Ordinis nostri  
Minimorum Correctoris Generalis, &c. nec non Reverendissimi P. Pauli Toreño Totius Ordinis  
predicantis College, & Vicarij Generalis, SS. Theologiae Leitoris Iubilati, & S. Officij Consultoris Qua-  
torum, &c. Decisiones Philosophicas R. P. F. Ioannis Lalemandei SS. Theologiae Leitoris Iubilati, ac per  
maniam Bohemiam, Morauiam Provincialis sedulo perlegimus, nec quidquam in ipsis, quod vel fidei,  
morum probitati contrarium sit, reperimus: ita potius in summis difficultatibus enucleando sumnam  
enij profunditatem, claritatem, ac singularem methodum comprehendimus, ideo ne tanti virilis res pisi-  
si sub obliuionis cineribus delitefacit, prodeant in lucem, qua tum Thomistica tum Scotistica adductur  
rola. Datum in nostro Conuentu S. Caroli prope Monachium die 17. Martij 1644.

P. Fr. Claudio Clemens, Minimus, Philosophia, & Theologia Lector  
Ordinarius, & Corrector Monaciensis.

P. Fr. Franciscus Talbert, Minimus, Philosophia, & SS. Theol. Lector.

APPRO-